

DE EMPTI-
ONE ET VENDITIO-
NE, ET QVAE AD EAN-
DEM MATERIAM
PERTINENT,

TRACTATUS ALIQVOT
doctissimi & vtilissimi, Trium Cla-
rissimorum Iurecon-
sultorum:

FABIANI DE MONTE S. SABINI
FRANCISCI ZOANNETTI, ET
GASPARIS CABALLINI:

VT sequens pagina latiùs demonstrabit.

*Diligenter recogniti, & pluribus locis restituti
Adiecto INDICE rerum memorabi-
lium copiosissimo.*

COLONIAE

Apud Geruinum Calenium, & haeredes Iohannis
Quentel. Anno M. D. LXXIIII.

Coll. Soc. I. S. V. Salm. ex dono F. Regim.

T Y P O G R A =
P H V S C A N D I D O
L E C T O R I S A L V T E M .



MPTIONIS & Ven-
ditionis contractum
frequētissimum esse,
& humanæ societati
perquàm necessariū,
nemo est qui nesciat.

Ideò eius plenior & exactior cognitio
cum primis Iureconsulto & Practico
cordi esse debet. Quæ enim frequentia
sunt & quotidiana, plenius tractanda
sunt, vt in simili ait I. C. in l. legau. ff. de
liberat. leg. Quæ ratione etiam hauddu-
biò motus celeberrimus quòdàm I. C.
F A B I A N V S de Monte S. Sabini, vt
laborem in hoc Studiosis Iuris & Pra-
cticis leuaret, insignem & doctissimum
Tractatum in hac materia edidit. Qui
cùm iam aliquãdiù amplius haberi non

TRACTATUS

DE EMPTIONE ET

VENDITIONE, FREQUEN-

TISSIMVS ET UTILISSIMVS, EDI-

tus per celeberrimum Iuris vtriusque

Doctorem dominum Fabianum de

monte S. Sabini, dignissimum ad-

uocatum consistorialem,

feliciter incipit.

PRAEFATIO CVM DIVISIONE.



TRACTATUS emptionis & venditionis, satis est diffusus in Iure, vt patet per varios titulos ff. & C. vbi interseruntur Rubricæ circiter vigintiseptem numero. Nos autem, vt necessaria complectamur, quia materia utilis & quotidiana est, princi-

pales titulos assumemus, & eos quasi per modum quaestionum examinabimus, & ordine infra scripto dicemus. PRIMO, quid sit emptio & venditio, & quo iure sit introducta. SECUNDO, quid veniat appellatione emptionis & venditionis.

TERTIO, quis emere & vendere possit, & de personis ementium & vendentium. QUARTO, quæ res vendi possint. QUINTO, de forma & modo contrahendæ emptionis, & qualiter & quâdo contrahatur. SEXTO, quæ veniant in emptione &

† Tertiò: Absurditas atque captio cum in omni mortalium actione, tum præsertim in bonæ fidei conventionione est vitanda prorsus, l. nam absurdum. ff. de bon. libert. l. j. §. vnde quæritur. ff. de publican. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excus. tut. Sed promissam eiusmodi retrovenditionem si pro iusto precio, quo tunc temporis æstimabitur fundus, tacite factam intelligeremus, accidere facilimè posset, ut lucrum emptor cum venditoris captione & iactura iniquè faceret: Meritò ea interpretatio iustiùs relinquenda videtur: nostra autem, quæ tali vitio caret, opinio tenenda.

Minor sic evidenti exemplo potest significantiùs ostendi. Pone, quòd tibi vendiderim fundum, qui communi æstimatione valebat triginta, pro viginti tantum, cum pacto tamen de retrovendendo (legis etenim quoq; est ea præsumptio, uti res viliùs distracta credatur propter onus retrovendendi aut locandi annexum, d. l. fundi partem. & d. l. si sterilis. ff. de act. empt.) quodocunquè, aut intrà constitutum aliquod tempus: certè si postea fundus tempore retrovenditionis precio auctus esset, aut etiam pristinum retineret valorem, quia triginta, ut priùs, communiter æstimaretur, & iusto ac communi precio triginta mihi redemptio fieri deberet: duorum alterum non levis altero subirem necessariò damnù: vel deterritus precij magnitudine fundum non redimerem, sicque perderem illa decem, quibus initio fundum minùs vendidi: vel ultra viginti, quæ sola ipse à te priùs accepi, decem nunc numerare deberem, si fundum redimere cordi foret. Quod etiam absurdum, minimeq; ferendum, Imperator inquit. Ego nanq; tali conventionione de retrovendendo fretus, res meas in te minoris alienàssem: iam verò ex incerta & vaga interpretatione captionem incur-

TRACTATUS
DE EVICTI-
ONIBVS GASPARIS
CABALLINI DE CIN-
GVLO IVRISC. PL
CENTIS.

Cui accessit eiusdem libellus de Aedi-
dilitijs actionibus.

*Addito etiam Indice materiarum
vtilissimo.*



COLONIAE
*Apud Gerwinum Calenium & heredes Io-
hannis Quentelij.*

ANNO M. D. LXXIIII.

ILLVSTRIS
SIMO, AC REVE
RENDISS. D. GABRIELI
PALEOTTO, CARDINA
LI AMPLISSIMO,

Gaspar Caballinus S. D.



EMINI (*Gabriel Car-*
dinalis amplissime) dū
tuus scholaris Bononie
essem, in familiari col-
loquio sermo incidit de
Euictionis materia. cō-
querebaris multū quōd
antiqui & moderni Iu-
risprudentes in ea per-
tractanda exiles & ieiuni fuere, in re tam necessa-
ria & forensi praxi valde accommoda, reprehē-
dens illos, quōd in re non dubia eorum operam con-
sumpserunt, prætermittentes ea, in quibus multum
laudis, & diuturnæ memoriæ gloriā consecuti fu-
issent. Ego tuum consilium alta mente repositi, &
mecum ipse cœpi perquirere, & materiam ipsam
contemplari, & longo in ea studio insudare. Tan-
dem, velut catellus, qui maiores canes suo latratu
incitare solet, in hoc vastum pelagus descendens, ex-
perientia, & authoritate viros excito, & in hanc le-
galem palastram appello. Mihi ipsi in eo satisfaciam,

TRACTATUS
DE EVICTIONIBVS
 GASPARIS CABALLINI
 IURISCONSULTI.

SUMMARIUM.

- 1 *Euinco idem, quod vincendo extorqueo.*
- 2 *Validissimum testimonium sua cuique fides.*
- 3 *Fides appellata, vt fiat, quod dictum est.*
- 4 *Inter bonos bene agier oportet.*
- 5 *Graue facinus est, fidem datam fallere.*
- 6 *Nè quis fratrem suum in negotio circumueniat.*
- 7 *Euictio propter bonum publicum introducta videtur.*
- 8 *Statuta maleficia punientia, extendenda.*
- 9 *Euictio videtur remedium poenale.*
- 10 *Concluditur esse remedium mixtum.*
- 11 *Actio ex empto pro euictione.*
- 12 *Actio ex stipulatu pro euictione.*

PRAEFATIO.



EVICTIO elegans nomē est, nec humanarū literarum authoribus incognitum. Nempe Cicero act. 2. in Verrem ita ait : Qui tam nefarijs criminibus tam multis ex fastibus euictus ora iudicum adspicere, atque os suum populo Rom. ostendere auderet. Virgilius 4. Aeneid. Tu lacrymis euicta meis &c.

Significatq; fidē, quod vincēdo extorqueo. Liui. lib. 2. ab Vrbe cond. Omne id tempus cū coniuratis consultādo absumūt, euincūtq; instando, vt literæ sibi ad Tarquinos darētur. Colum. lib. 6. c. 5. Euincendi sunt aut̄ quauis pestiferi morbi, & exquisitis remedijs propulsandi. Et in hūc sensum Marcellus Juriscons. accepit, dū in tit. de reg. iur. dixit : Quod euincitur, non est in bonis. Idem sensit Paul. Jurisc. in tract. de euict. inquit : Euictus aut̄ à creditore tunc videtur, cūm ferè spes habendi abscissa est.

**GASPARIS
CABALLINI DE CIN-
GVLO, IVRISCONSUL-
TI PICIENTIS,**

**De Aedilitijs actionibus
Tractatus.**

**REVERENDISSI-
MO DOMINO, GVILEL-
MO BASTONO, VTRIVSQUE
Signaturæ Referendario, Ab-
bati dignissimo,**

GASPAR CABALLINVS S.



L A est (Reuerendissime Gú-
lelme) virtutis proprietas, vt
eos, quos nunquàm vidimus,
nec presentia cognouimus, fa-
ciat nobis amicos atque bene-
uolos : vt meritò diuinus ille
Plato dixerit, quòd, si oculis
cerneretur, mirabiles in nobis sapientie amores ex-
citaret. Quod mihi hoc tempore contigisse gau-
deo. Nam, cum clarissimus Iurisc. Dominus Paulus

Erre-